citationis termino tanquam peremptorio stare parere respon
dere ac pro praefata summa simul iuncta a vadiis seu offi
170 non recedendo sub alia simili summa eidem satisfacere decre
tumque et adiudicatum pati tenebitur et eius posteri tenebuntur.
Nullum terminum eorum praemissorum occasione vel simplici infir
mitatibus actionis pro maiori, legis et decretis regalibus, sta
tutis et constitutionibus quibusvis novis vel veteribus lauda
tis et laudandis, bellis, colloquiis, conventionibus generalibus
vel particularibus, expeditione bellica, servitio militari
et reipublicae sive sacrae regiae maiestatis, aura pestifera, in
cursu hostium, evocatione de terra et dictis absentia a regno
ac aliis omnibus legalibus impedimentis non differendo, neque pro
longando atque se excipiendo. Interregno, minorennitateque successorum
se non defendendo, nec ad annos discretionis, nec ad quieta
tionem mortificationemque inscriptionis praesentis, nec ad evictores
seu evictores ac ad munimenta quaevis dilationem seu dilationes
recipiendo, a decretis quibusvis tam in accessorio quam principali ne
gotio latis et factis nullas motiones cum appellationibus faciendo.
Nec ad prosequendam causam iudicem et partem adcitando, allegando
quod non fecit vadium vadium fatam et facere me offere. Nec
clausula: neminem ad impossibilia teneri et obligari se non
defendendo. Poena trium marcarum et triplici poena vadium seu
vadia praenominata non evadendo, sumptibus cum successoribus
omnibus iuris remediis, evasionibus, praescriptionibus, subpre
sionibus, ac aliis omnibus generaliter dilationibus iurisque reme
diis de iure et consuetudine concedi solitis, abrenuntiando. Gene
raliter nil sibi in auxilium contra inscriptionem praesentem eiusque
effectum recipiendo sua suorumque successorum sub amissione
totius causae. Post lucrationem praefati vadii vel vadiorum, quo
vel quibus solutis atque inscriptione praesenti et omnibus in ea con
tentis satisfacere cum suis posteris tenebitur, quandocunque fuerit tene
bitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Troieczky tti Andrich

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus
Premisliensibus nobilis Joannes Troieczki a iure foro suis pro
priis quibusvis recedendo, praesenti vero castrensi Premisliensi
iurisditioni se successores ac bona sua omnia quo ad actum prae
sentem incorporando et inscribendo mente et corpore sanus existens
publice per expressumque recognovit. Quia nobili Lucae An
dreis et eius legittimis successoribus sexaginta florenorum pecuniae
numerate polonicalis certi veri et liquidi debiti sive mutuata
pecunia tenetur, praefatusque obligatur pro die et festo Epi
phaniarum Domini proxime et immediate venturo solvere
realiterque circa acta praesentia castrensia Premisliensia reponere
et relinquere, in eventum ab officio officiorum sub vadio si
milis summa sexaginta florenorum pecuniae, in defectu solutionis

summae eiusdem principalis pro die et tempore suprascripto so
lutioni assignato ad solvendum succumbendo in eandemque summam capita
lem et essentiale debitum convertendo. Extenditque summa praefa
ta simul iuncta centum viginti florenorum pecuniae, in et super om
nibus haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus bonis
ipsius Joannis Troieczki et eius successorum praesentibus nunc et in post 171
habitis. Nihilominus praefatus Joannes Troieczki se et suos
successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit praesentem
inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Premisliensia ante recu
sationem transferre transportare similemque vel eiusdem
summae vel anni meliorem recognitionem facere sub vadio summae princi
palis sexaginta florenorum pecuniae. Pro quaque summa simul
iuncta et vadio sibi ipsi Joannes Troieczki praedicto Andreis
vel eius posteris ad officium praesens castrense capitaneale
vel eius posteri praemisserint vel eius posteri praemisserint
Premisliensi citare permiserit vel eius posteri permiserint
quibusvis recedendo vocatoque
cetera a iure foro suis propriis quibusvis recedendo vocatoque
officio cui se actus praesentis respectu) cum successoribus bonisque
suis omnibus subiicit in primo citationis termino tanquam perem
ptorio stare parere respondere, ac pro praefata summa si
mul iuncta centum viginti florenorum pecuniae et vadio ab officio
non recedendo sub alia simili summa satisfacere tenebitur
vel eius posteri tenebuntur. Nullum terminum eorum praemissorum
occasione vel simplici infirmitatibus, actionis pro maiori, legis et de
cretis regalibus, statutis et constitutionibus quibusvis laudatis
et laudandis, bellis, colloquiis, conventionibus generalibus vel par
ticularibus, expeditione bellica, servitio militari et reipublicae
sive sacrae regiae maiestatis, aura pestifera, incursu hostium, absen
tia a regno ac aliis omnibus legalibus impedimentis non differendo,
nec prolongando atque se excipiendo, ad quietationem mortificationemque
inscriptionis praesentis et ad evictorem seu evictores, ac ad muni
menta quaevis dilationem seu dilationes non recipiendo, appellationes
cum motionibus vacuumque protestationes ab officio nullas faciendo.
Poena trium marcarum et triplici poena non evadendo, evasionibus,
praescriptionibus, subpraesionibus, contumaciis ac aliis omnibus
generaliter dilationibus iurisque remediis abrenuntiando. Et nil
sibi penitus in auxilium contra inscriptionem praesentem eiusque ef
fectum recipiendo sua suorumque successorum sub amissione totius
causae. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Orzechowsky tti Niedzwiedziowna

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus
capitanealibus Premisliensibus generosus Andreas Orzechowski de
Orzechowcze, a iure foro suis propriis quibusvis recedendo, prae
senti vero castrensi Premisliensi iurisditioni se successores ac bona
sua omnia quo ad actum praesentem incorporando et inscribendo